



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

X. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Theoctista Virgo ab Arabibus capta, cum eorum manus evasisset, ab omnibus desertata, triginta quinque annis in templo deserto Deiparæ substitit, radicibus & aquâ vitam sustentans, id unum solatii omnis loco habuit, quod in æde Virginis habitaret. *Nad.* Nullibi amanti melius, quàm apud amatam.

S. Theoctista quæ tuam in Mariana æde commorationē splendidissimis orbis palatiis præposuisti, ora pro me Deiparam, ut ad eas, quas nunc inhabitat, beatitudinis æternæ ædes me licet immeritum, ejus tamen fiduciâ fretum admittere dignetur. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Si deserto, aut pauperi alicui Deiparæ templo subvenire ope non possim, meâ saltem præsentia illud colere conabor.

Quis unquam ab hac Virgine æger, aut triftis abiit? quis non lætus & gaudens rediit ad propria, impetrando à Matre Domini, quod voluit. *B. Amad. hom. 7.*

Quæstio: Cur vetustiores Deiparæ imagines præ novis frequentius Thaumaturgæ?